

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Prosperitas ap cum fonte primo

Magni animi calamitatibus magnis sepius evertuntur.

hic philosophum locum introduxit, quomodo animi magnis calamitatibus evertentur, deinde anthyphoran sumpsit: 'mentiris, ille vero iratus fuit.'

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor), *Controuersiae libri decem*, 1, 7, 17 (L. Hakanson ed., p.52, ll.24-26).

Quietiora tempora pauperes habuimus;  
aurato capitolio bella ciuilia gessimus. Diuicias putas  
aurum et argentum. Ludibria sunt fortune  
que inter iocum ipsis dominis ueniunt.

Quietiora tempora pauperes habuimus:  
bella ciuilia aurato Capitolio gessimus. Diuicias putas  
aurum et argentum? ludibria fortunae,  
quae interim cum ipsis dominis ueniunt.

Denuntio tibi, dives: etiamsi venero, dabo operam,  
quod in tua domo facillimum est, ut abderem. Etiamsi  
multa contra expectationem accidunt, numquam  
tamen futurum putavi, ut aut pater meus liberos  
odisset aut dives concupisceret.

Non desidero patrimonium; fragilis et caduca felicitas  
est, et

Omnis enim blandientis fortune speciosus cum  
periculo nitor est, et sine causa sepe fluit et sine  
ratione destituit.

omnis blandientis fortunae speciosus cum  
periculo nitor: et sine causa saepe fovit et sine  
ratione destituit.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor), *Controuersiae libri decem*, 2, 1, 1 (L. Hakanson ed., p.67, ll.3-11).

Nulla certa felicitas est.

Nulla certa felicitas est:  
paulo ante ego diuitis filiis inuidebam, modo illi mihi.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor), *Controuersiae libri decem*, 2, 1, 9 (L. Hakanson ed., p.70, ll.3-4).

Ille Cresus inter reges  
opulentissimus uinctis post terga manibus  
ductus est.

Ille Croesus inter reges  
opulentissimus; memento, post terga uinctis manibus  
ductus est.

Seneca de sententiis oratorum.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor), *Controuersiae libri decem*, 2, 1, 7 (L. Hakanson ed., p.69, ll.15-16).